

La condesa Sancha da al monasterio de Santa Cruz de la Serós varias propiedades.

AHN, Serós, carp. 785, nº. 5, copia siglo XIII [B].

ABJ, pseudo visigótica [C].

ABJ, copia siglo XIV [D].

ABJ, copia siglo XIV [E].

AHN, Serós, carp. 785, nº. 2, traslado siglo XIII [F].

Ed. GONZALEZ MIRANDA, La condesa, apénd. 2, p. 197-199 [b-e].

Ed. GONZALEZ MIRANDA, La condesa, apénd. 1, p. 195-197 [i].

[Crismón] In nomine eterni et salvatoris nostri Ihesu Christi. Hec est carta vel pagina quam facio ego Sancia comitissa, Ranimiri regis filia et Armissende regine<sup>1</sup>, ob amorem omaipotentis Dei et beate Marie et <sup>2</sup> anime patris ac matris mee et omnium parentum meorum, subscribo et trado omnia que ex hereditatibus et <sup>3</sup> domibus que sunt in hoc seculo Domini pietate <sup>4</sup> concesit mihi frater meus rex Sancius, qui non tantum fuit michi frater sed omnia pater.

In primis dono Deo et monasterio <sup>5</sup> Sancte Marie semperque Virginis, quod est situm in terminum Sancte Crucis, ubi trado corpus meum ad sepeliendum, offero et concedo Deo et Beate Marie cum assensu et voluntatis fratris mei regis Sancii<sup>6</sup> illas meas casas de Iacca et omne alodium quod ibi habeo vel habere debeo <sup>7</sup>, terras et vineas, heremum <sup>8</sup> et populatum, sine ulla retencione, vel diminutione et sine contradicione ullius hominis quod sit in servicio omnipotentis Dei et beate Marie ad victimum sanctimonialium in perpetuum.

Similiter dono et concedo Deo et beate Marie illas casas meas de Arrassella<sup>9</sup>, cum illa hereditate quam ego habeo in Banaos, totum ab integro absque ulla retencione <sup>10</sup>.

Similiter dono et concedo illas meas casas quam ego habeo in illa villa que vocatur Arrensa, cum tota sua hereditate, sine ullo retinimento.

Similiter dono et concedo illas meas casas quam ego habeo in <sup>11</sup> Sancta Maria de Germellue, cum tota sua hereditate, sine ullo retinimento.

1 Sancia, filia regis Raimiro et Ermissende (regine, F.

2 et) amimarum parentum meorum, F.

3 que ex hereditatibus, (domibus, F.

4 pietas, F.

5 monasterium, F.

6 Deo et beate Marie cum assensu et voluntatis fratris mei regis Sancii, om. F.

7 et) alodio quam ibi habeo (terras et vineas, F.

8 heremo et populato, quo modo michi pertinet vel pertinere debet sine ullo retinimento, offero et concedo ad altare Domine mee beate Marie semperque Virginis et ad alias altares que sunt ibi. (Similiter dono, F.

9 Arresella, F.

10 tota ab integra absque ullo retinimento, F.

11 villa que dicitur in, add. F.

Similiter dono et concedo<sup>1</sup> illas meas casas de illo burgo de Astorito<sup>2</sup>, cum tota sua hereditate.

Similiter dono et concedo illum meum palacium<sup>3</sup> de Aregna, cum tota sua hereditate, sine ullo retinimento.

Iterum autem offero Deo et beate Marie illa villa que dicitur Sancta Cecilia de Aivar<sup>4</sup>, et illam villam dedit mihi et omnia que ego habeo rex Sancius frater meus qui non tantum fuit mihi frater sed per omnia pater, cum omnibus sibi pertinentibus, cum decimis et primiciis, cum pascuis, montibus et vallibus, sine ulla retentione vel diminucione et contradiccione ullius hominis<sup>5</sup>.

Iterum autem offero illam hereditatem quam ego habeo in illo castro que dicitur Sangossa et cum illa hereditate quam habeo in Pastoriz<sup>6</sup>, quod sit in servicium omnipotentis Dei et beate Marie ad victimum sanctimonialium in perpetuum<sup>7</sup>.

1 Similiter dono et concedo, om. F.

2 Asçurito, F.

3 illo meo palazzo, F.

4 Sancta Cilia d'Ayvar, cum (omnibus sibi pertinentibus, F.

5 ullo retenimento, omitiendo hasta el punto F.

6 Pastoriza sine ullo retinemendo. Et ibi sint in (servicium, F.

7 Similiter facio alia conveniencia cum ascensu et volumptate frater meus rex Sancius, qui non tantum fuit mihi frater ser per omnia pater, illas decimas que exierint de istas hereditates supra scriptas dono et concedo bono animo et spontanea volumptate ad illam helemossinam Beate Marie Virginis et ad alias altares quod sint ibi in servicium omnipotenti Deo et Beate Marie in perpetuum.

Similiter dono et concedo illos quartos de illas ecclesias que sunt in illas iuvatas quas dedit michi frater meus Sancius totos ab integris sine ulla retincione vel diminucione et sine contradicione nullius hominis.

Ego hofferio eos Deo et beate Marie et monasterium Sancte Crucis et ad illa domina abbatissa et sanctimonialum ibidem Deo decernentium, quod habeant et possideant eas in perpetuum.

Hec sunt nomina villarum illarum unde ego debeo abere illos quarto illas çenas et tota alia signoria quo modo michi dedit rex Sancius frater meus. Sic ego dono et concedo ad monasterium beate Marie id est quarto de Franyanas et illo de Salinas et illo de Vilalonga, et illo de Ferrera et illo de Novefontes et illo de Viarts, et illo de Saloffons, et illo de Artasso, et illo de Serra alta, et illo de Uart. Et totos istos quartos suprascritos fiant in servicium monasterium Sancte Crucis in perpetuum.

Iterum autem dono et concedo cum assensu et voluntate fratris mei regis Sancii, qui non tantum fuit mihi frater sed per omnia pater, ad illam helemosinam Beate Marie illas decimas que exierint de istis hereditatibus supra scriptis quod habeant et possideant illas in secula seculorum.

Iterum autem offero et concedo cum assensu et voluntate fratris mei regis Sancii illas primicias que exierint de istis hereditatibus supra scriptis que sint ad illuminamentum altaris domine mee Beate Marie in secula seculorum<sup>1</sup>.

Rogo etiam fratribus vel nepotibus sive posteritati mee quod istum meum privilegium quod ego feci cum consilio et volumptate rex Sancius frater meus quod confirmant illum in perpetuum.

Si quis vero malo ingenio aut aliqua vi disrumpere vel violare temptaverit, siat se omnimodis excommunicatum et cum Datan et Habiron, quos terra propter nequiciam eorum vivos obsorbuit, atque cum Iudas Scarioth et cum illis qui "dixerunt, Domino Deo, recede a nobis" [Job. 21, 14], et cum omnibus sacrilegis inremediabiliter sub anatema maranata sine fine dampnatum.

Et ego Sancia comitissa, Ranimiri regis et Armissendis regina filia, laudo et confirmo omnia que in hac carta sunt supra scripta, ut sit in servicio omnipotentis Dei et sanctis quibus de super statutum est absque ulla dubitatione ob salutem et remedium anime mee et anime patris ac matris mee et omnium parentum meorum et ob remissionem peccatorum suorum domni mei regis Sancius, qui mihi fecit mercedem et dedit michi supra scriptos honores ut in omni vita mea fescissem meam volumptatem. Et post meum discessum mississem sive reliquissem in servicio omnipotentis Dei et beate Marie semperque Virginis in perpetuum.

Et mando quod prendat illa abbatissa unoquoque anno un obtima cena in illa ecclesia de Fangnares et honorificent ad illam et ad suos homines illos clericos quos in illas ecclesias illa abbatissa stabilierit, donent Deo et beate Marie et illa abbatissa suos directos bene et fideliter. Si autem noluerint facere mitat super illos sua sentencia donec veniat satisfaccionem. Et alia cena in Ferrera et alia cena in Noveffontes et alia cena in Uart, et alia cena in Biart.

Et estas cenas supra scriptas sic prendat illa abbatissa si voluerit unoquoque anno et habeat potestatem mittere sentencias in supra scriptas ecclesias et illos abbates et in illos clericos que ibi habitant, add. F, que continua en la nota n. 1 de la página 21.

1 F om. desde la nota 7 de la página anterior.

Itemque ego Sancia comitissa hanc cartam laudo et confirmo et propria manu mea hoc sig [signo] num facio<sup>1</sup>.

Facta ista carta et isto donacione in mense octubrio, era<sup>2</sup> T<sup>3</sup>. C<sup>4</sup> X<sup>5</sup>. IIII<sup>6</sup>.

Ego Fortunius de Sescunt, clericus domine Sancie comitis, hanc cartam scripsi et de manu mea hoc sig [signo] num feci.